

CAPUT IV.

A quo hodiernæ Christi epochæ anno Canonis sui ducat initium Anatolius. Hervartius cyclum Anatolii ab anno Christi vulgari 277 inchoat. Potius ab anno 276. Argumentis Hervartii respondeatur.

Vix ullum dubitare existimo, quin *Canonem* suum decemnovennalem Anatolius ante Alexandrinos ediderit. Quis enim sibi persuadeat, potuisse tam confusum edere, si tam ordinatum, cuiusmodi est *Alexandrinus*, ante oculos habuisse? Adde, Eusebium, Timotheum, Cyriillum, Victorium, Bedam et alios id scriptis suis satis innuere: moxque clare patebit.

Georgius Hervart, *Novæ Chronologiæ* cap. 236, *Canonis* hujus Anatoliani initium a vulgari anno Christi 277, Probi imperatoris secundo, deducit, duasque rationes profert: *Primo, quia tot diversarum gentium anni tam diversi, ad eum annum in Eusebii Chronicō appositi, anno indubie primo cycli paschalis Anatolii sunt accommodati. Post enumerationem enim horum annorum mox in Eusebii Chronicō subsequitur: Anatolius Laodicenus episcopus, philosophorum disciplinis eruditus, multorum sermone celebratur.*

Secundo, scribit Anatolius anno cycli sui primo, mensis primi neomeniam quæ totius enneadecaeteridos initium est, in Phamenoth xxvi, Dystri autem xxii et Martii xxiii, incurrere. Id autem secundum astronomicam veritatem anno Christi 277, melius quam octo annis tardius, nempe anno Christi 285, convenit. Ita Georgius Hervart.

Sed nos ex iam dictis; necessario ab anno ante-

Acedente 276 ordiendum opinamus: 1º Quia *Anatolianum* ejus anni Pascha ita postulat, sive lunarem sive solarem illius cyclum consideres; eodem nempe die, Aprilis xvi indictum, quo et *Alexandrini* et *Latini* indicunt, tametsi omnes in lunæ ætate dissentiant. Non est autem verisimile, *Anatolium* recte in primo anno deviasse. 2º Conveniunt et trium proxime sequentium annorum litteræ Dominicales, ut et annorum septimi et octavi. Quod si paschales Dominicæ subinde diversæ sunt, id ex diversis *Anatolii* placitis oritur: verbi gratia, quod luna xiv Pascha legitimus sanciat; quod æquinoctiam ante Martii xxv et citimam Paschæ Dominicam ante xxvii non agnoscat; quod neomenias ante alios indicat, et similia. Et tamen adhuc anno cycli sui quarto, cum utrisque Dominicum Pascha Idibus Aprilis rite sciscit.

Nec *Hervartii* argumenta valde premunt. Qui enim anno 277 floruit, potuit et 276 florusse, imo tunc maxime coepisse. Et qui cyclum anno 277 in lucem emittit, eoque editionis annum diversis characteribus insiguit; nihil obstat, quin ejus initium ab anteriore etiam anno bene deducere possit, si rationes ita forte exigant. Denique possunt diversi isti diversarum gentium anni pro Manichæanæ hæreses ortu, qui in annum istum 277 a sanctis Patribus rite consertur, tanto magis adnotari, quanto ea confusiore *Anatolii* cyclo celebrior est. Quod et ex parte Scaliger ante nos advertit. Neque verum est, *Anatolium* enneadecaeteridos suæ principium in xxii, sed potius in xxv et xxvi Martii referre; ut patet ex capite secundo hujus *Commentarii*, et clarius etiam ex ipsa *Anatolii* tabula paschali, imo et ex ipsius textu, cum primi mensis neomeniam Martii xxx defigit.

FRAGMENTA

Ex Anatolii Alexandrini libris *Arithmeticorum*

(FABRIC. *Bibliotheca Græca*, ed. HARLES., tom. III, Hamburgi, 1793, p. 462.)

Quid sit mathematica?

Aristoteles consistere omnem philosophiam in theoria et practica opinatur, practicam quidem dividens in ethicam et politicam, theoriam vero in theologiam, physicam et mathematicam; clarissime et doctissime philosophiæ partem esse mathematicam demonstravit.

Quod Chaldæi quidem astronomiam, Ægyptii vero geometriam et arithmeticam (invenerunt)....

A quo mathematica sic nominata fuit?

Peripatetici quidem affirmant in rhetorica, poetica, summatimque musica vulgari quemque posse versari, quamvis non didicerit: quæ autem appellata sunt mathematica, neminem scientiam illorum ullam capere posse, nisi prius didicerit. Propterea istarum scientiarum theoriam vocari mathematicam existimabant. Pythagorici autem imposuisse dicuntur hoc nomen proprio soli geometriæ et arithmeticæ. Antiquitus enim, separatim cuique suum nomen proprium erat; commune autem nomen nullum erat ambabus. Quas quidem sic mathematicæ nomine vocavit Archytas, quod scientiam hominum captui accommodam in illis inveniebat; nam circa æterna, immutabilia,

C Tί ἐστι μαθηματική;

'Αριστοτέλης συνεστάναι τὴν πᾶσαν φιλοσοφίαν ἐκ θεωρίας καὶ πράξεως οἰόμενος, καὶ τὴν μὲν πρακτικὴν διαιρῶν εἰς τὴν θεωρικὴν καὶ πολιτικὴν, τὴν δὲ θεωρίαν εἰς τὸ θεολογικὸν καὶ τὸ φυσικὸν καὶ τὸ μαθηματικὸν, μάλα σαφῶς καὶ ἐντέχνως φιλοσοφίαν οὖσαν τὴν μαθηματικὴν ἀποδείχνυσι.

"Οἱ Χαλδαῖοι μὲν ἀστρονομίαν, Αἰγύπτιοι δὲ γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικήν (ἔξευρον).....

'Απὸ τίνος δὲ μαθηματική ὠνομάσθη

Οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ Περιπάτου φάσκοντες διηγοικῆς μὲν καὶ ποιητικῆς, συμπᾶσι τε τῆς δημόδους μουσικῆς δύνασθαι τιγα συνεῖναι καὶ μὴ μαθόντα. Τὰ δὲ καλούμενα ἴδια μαθήματα οὐδενὸς εἴδησιν λαμβάνειν, μὴ οὐ πρότερον ἐν μαθήσει γενόμενον τούτων. **D**ιὰ τοῦτο μαθηματικὴν καλεῖσθαι τὴν περὶ τούτων θεωρίαν ὑπελάμβανον. Θέσθαι δὲ λέγονται τὸ τῆς μαθηματικῆς ὄνομα. Ιδιαίτερον ἐπὶ μόνης γεωμετρίας καὶ ἀριθμητικῆς οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου. Τὸ γὰρ πάλαι χωρὶς ἔκατέρα τούτων ὠνομάζετο. Κοινὸν δὲ οὐδὲν ἦν ἀμφοῖν ὄνομα. Ἐκάλεσε δὲ ('Αρχύτας) οὕτως. ὅτι τὸ ἐπιστημονικὸν καὶ πρὸς μάθησιν ἐπιτιθέμενος ἔχον εὑρίσκων ἐν αὐταῖς, περὶ γὰρ ἀῖδια καὶ ἀτρε-

πτα καὶ εἰλικρινῆ δυτα ἀναστρεφομένας ἐώρων, ἐν οἷς μόνα ἐπιστήμην ἔνδιμιζον. Οἱ δὲ νεώτεροι περιέσπασαν ἐπὶ πλείον τὴν προστηγορίαν, οὐ μόνον περὶ τὴν ἀσώματον καὶ νοητὴν ὅλην ἀξιούντες πραγματεύεσθαι τὸν μαθηματικὸν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἐφαπτομένην τῆς σωματικῆς καὶ αἰσθητῆς οὐσίας. Θεωρητικὸς γάρ ὁ φείδει εἶναι, καὶ φορᾶς ἀστρων καὶ σάχους αὐτῶν μεγέθων τε καὶ σχημάτων καὶ ἀποστημάτων. Ἔτι δὲ ἐπισκεπτικὸς τῶν κατὰ τὰς ὄψεις παθῶν, ἐρευνῶν τὰς αἰτίας δι' αἷς καὶ οὐχ ὅποια καὶ πηλίκα τὰ ὑποκείμενα τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἐκ παντὸς διαστήματος θεωρεῖται, πηροῦντα μὲν τοὺς πρὸς ἄλληλα λόγους, ψευδεῖς δὲ φαντασίας καὶ τῆς τάξεως καὶ τῆς θέσεως ἐμποίοῦντα. Τοῦτο μὲν κατ' οὐρανὸν καὶ ἀέρα, τοῦτο δὲ ἐν κατόπτροις καὶ πᾶσι τοῖς λείοις, καν τοῖς διαφανέστι δὲ τῶν ὀρωμένων καὶ τοῖουτορόποις σώμασι. Πρὸς τούτοις μηχανικὸν εἴναι τὸν ἄνδρα δεῖν φοντο καὶ γεωδέτην καὶ λογικόν. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τὰς αἰτίας τῆς ἐμμελοῦς κράσεως τῶν φθόγγων καὶ τῆς περὶ μέλος συνθέσεως ἀσχολουμενον, ἀπερ σώματά ἔστιν, ή τὴν γε ἐσχάτην ἀναφορὰν ἐπὶ τὴν αἰσθητὴν ὅλην ποιεῖται.

Tί ἔστι μαθηματική?

Μαθηματική ἔστιν ἐπιστήμη θεωρητικὴ τῷ νοήσει τε καὶ αἰσθῆσει καταλαμβανομένῳ πρὸς τὴν τῶν ὑποπιπτόντων ὀόσιν. Ἡδη δὲ χαριεντιζόμενός τις ἀμα καὶ τοῦ σκοποῦ τυγχάνων μαθηματικὴν ἔφη ταύτην εἶναι.

"Η τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται· αὐτὰρ ἐπειτα οὐρανῷ ἐστίριξε κάρα καὶ ἐπὶ χθονὶ βιντεῖ.

Hom. Iliad. IV, 442 et 443.

Ἄρχεται μὲν γάρ ἀπὸ σημείου καὶ γραμμῆς, εἶτα δὲ τὴν οὐρανοῦ καὶ συμπάντων ἀσχολεῖται πραγμάτων.

Πόσα μέρη μαθηματικῆς;

Τῆς μὲν τιμιωτέρας καὶ πρώτης ὄλοσχερέστερα μέρη δύο ἀριθμητικὴ καὶ γεωμετρία. Τῆς δὲ περὶ τὰς αἰσθητὰς ἀσχολουμένης ἔξ. ή λογιστικὴ, γεωδεσία, ὀπτικὴ, κανονικὴ, μηχανικὴ, ἀστρονομικὴ. Ὅτι δὲ τὰς τακτικὴν καλούμενον οὔτε τὸ ἀρχιτεκτονικὸν, οὔτε τὸ ὀπτικὸν μουσικὸν, ή τὸ περὶ τὰς φύσεις, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὅμωνύμως καλούμενον μηχανικὸν, ὡς οἶοντα τινες, μέρη μαθηματικῆς εἰσὶ, προϊόντος τοῦ λόγου σαφῶς τε καὶ ἐμμεθόδως δεῖξομεν.

"Οτι ο κύκλος ἔχει στερεὰς μὲν τῇ, ἐπίπεδα δὲ ἔξ, γωνίας δὲ δ'.

Tίνα τισι προσεγγίζει τῶν μαθημάτων;

Συνεγγίζει μᾶλλον τῇ μὲν ἀριθμητικῇ ή λογιστικῇ καὶ ή κανονικῇ καὶ γάρ αὕτη ἐν ποσότητι λαβοῦσα κατὰ λόγους, ἀριθμούς καὶ ἀναλογίας πρόσεισι. Τῇ δὲ γεωμετρίᾳ ή ὀπτικῇ καὶ ή γεωδεσίᾳ. Λμφοτέραις δὲ καὶ ἐπὶ πλέον ή μηχανικῇ καὶ ή ἀστρολογικῇ.

"Οτι ή μαθηματικὴ τὰς ἀρχὰς μὲν ἔχει ἐξ ὑπόθεσεως καὶ περὶ ὑπόθεσιν. Λέγεται δὲ ὑπόθεσις τριχῶς

PATROL. GR. X.

A puraque eas versari, videbant Pythagorici, in quibus solummodo consistere scientiam opinabantur. Recentiores vero philosophi hoc nomen extensius dilatavere, ita ut non tantum circa incorpoream et spiritualem substantiam versari mathematicum voluerint, sed etiam circa substantiam corpoream et sensibili materia proximam. Debet enim nosse theoriam siderum cursus, velocitatis, magnitudinum formarum ac distantiarum; debet etiam examinare quomodo oculos afficiant astra, investigando cum qualia, aut quanta sint sidera observata, non talia tantaque ex omni distantia conspiciantur, cum hæc astra quidem servent mutuas rationes, sed mendaces aspectus sive ordinis, sive positurae efficiant. Aspectus tales siderum, modo cœli et aeris status determinat, modo specula, aut omnis superficies polita, vel translucentia, vel alia hujusmodi corpora constituant. Machinarum insuper hominem peritum esse volebant nec non geometram ac dialecticum; quin etiam symphoniae vocum, ac compositionis musices causis operam impendere debet; quæ quidem omnia corpora sunt, vel summam quidem cum sensibili materia relationem habent.

Quid sit mathematica?

Mathematica est scientia theorica rerum quæ intelligentiæ et sensuum captu percipiuntur, earum ut aliis notitia tradatur. Facetus quidam, successu elatus, mathematicam dicit esse hanc scientiam, quæ

*Parva metu primo, mox sese attollit in auras,
Inrediturque solo, et caput inter nubila condit.*

(VIRG. Aeneid. IV, 176, 177).

Incipit enim a puncto et linea, mox cœlum ipsum ac omnia amplectitur.

Quot mathematicæ partes?

Nobiliaris quidem et prioris mathematicæ partes præcipuae duæ sunt: arithmeticæ scilicet et geometria. Mathematicæ vero quæ sensibilia amplectitur sex partes adsunt, scilicet computatio, geodesia, optica, musica, mechanica, astronomia; quod autem neque tactica, neque architectura, neque vulgaris musica, neque physica, neque etiam ars illa quæ homonyme vocatur mechanica, mathematicæ sint partes, ut

D quidam credunt, infra sermonis lucidus ordo demonstrabit.

Quod circulus habet solida octo, superficies sex, angulos quatuor.....

Quæ quibus mathematicæ partibus proxima?

Arithmeticæ propiores sunt computatio et musica; hæc enim quantitatis particeps secundum rationes, numeros et analogiam illi appropinquat. Geometriæ vero viciniores optica et geodesia. Ambabus autem proximæ mechanica et astrologia.

Quod mathematica principia habet ab hypothesi et circa hypothesis. Dicitur hypothesis triplex, vel

etiam multiplex. Juxta primum modum hypotheseon dramatica peripetia est : sic Euripidis tragœdiæ hypotheses esse dicuntur. Juxta secundam significationem in rhetorica reperitur rerum in specie disquisitio, secundum quam sophistæ dicunt ponendam esse hypothesis. Juxta tertiam significationem hypothesis dicitur principium demonstrationis, petitio rerum in probationem alicujus argumenti. Sic, ut perhibent, Democritus hypothesis usus est, atomis scilicet et vacuo ; Asclepiades materia et poris ; mathematica ergo juxta tertium sensum hypotheseon accipitur.

Quod arithmeticam non solus coluit Pythagoras, sed etiam celeberrimi ejus discipuli, qui dicere socebant :

Omnia convenient numero....

Quod finem quidem habet proximum principaliter arithmeticæ scientiarum theoriam, qua nullus finis major aut pulchrior est. Consequens autem finis est colligere simul quidquid in substantia definita inventitur.

Quis aliquid invenit inter mathematicos?

Ut Eudemus narrat, in *Astrologia* sua, Oenopides invenit primus zodiaci circulum, et anni magni conversionem; Thales solis eclipsim, et cursum ejus inter tropicos, semper sui dissimilem; Anaximander terram esse corpus libratum in aere, et circa mundi axem moveri; Anaximenes lunam a sole lumen accipere, et modum defectus ejus; cæteri vero his olim inventis inventa alia addiderunt.

Quod primo sidera fixa moventur circa axem per polos transeuntem; secundo quod errantia sidera circa perpendicularē axem zodiaci sese fugiunt; quod demum fixorum et errantium siderum axis, pentadecagoni latus est, quod habet gradus viginti quatuor.

A ἡ καὶ πολλαχῶς. Καθ' ἐνα μὲν τρόπον ἡ δραματικὴ περιπέτεια, καθ' ὅν λέγονται εἶναι ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου δραμάτων. Καθ' ἔτερον δὲ σημανόμενον ἡ ἐν φητορικῇ τῶν ἐπὶ μέρους ζήτησις, καθ' ὅν λέγουσιν οἱ σοφισταὶ θετέον ὑπόθεσιν. Κατὰ δὲ τρίτην ὑποβολὴν ὑπόθεσις λέγεται ἡ ἀρχὴ τῆς ἀποδεξεως, αἰτησις οὖσα πραγμάτων εἰς κατασκευὴν τινος. Οὕτω μὲν λέγεται Δημόκριτον ὑποθέσει χρῆσθαι ἀτόμοις καὶ κενῷ, καὶ Ἀσκληπιάδης δύκοις καὶ πόροις. Ἡ οὖν μαθηματικὴ περὶ τὴν τρίτην εἴληται.

"Οτι τὴν ἀριθμητικὴν οὐ μόνος ἐτίμα Πυθαγόρας, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτου γνώριμοι ἐπιλέγοντες.... ἀριθμῷ δὲ τε πατρ' ἐπέσικεν.

B

"Οτι τέλος μὲν ἔχει ἀκόλουθον ἀριθμητικὴ χυρίως μὲν, τὴν ἐπιστημονικὴν θεωρίαν ἥσ οὐδὲν τέλος οὔτε μεῖζον οὔτε κάλλιόν ἐστιν. Ἐπομένως δὲ, συλλήθητην καταλαβεῖν πόσα τῇ ὥρισμέγη οὐσίᾳ συμβέβηκεν.

Tίς τι εὗρεν ἐν μαθηματικοῖς;

Εὑδημος ἴστορεὶ ἐν ταῖς ἀστρολογίαις, ὅτι Οἰνοπίδης εὗρε πρῶτος τὴν τοῦ ζωδιακοῦ διάζωσιν καὶ τὴν τοῦ μεγάλου ἐνιαυτοῦ περίστασιν. Θαλῆς δὲ ἦλιον Ἑλλειψιν καὶ τὴν κατὰ τροπὰς αὐτοῦ περίσδον, ὡς οὐκ ἵση ἀεὶ συμβαίνει. Ἀναξίμανδρος δὲ ὅτι ἐστὶν ἡ γῆ μετέωρος καὶ κινεῖται περὶ τὸ τοῦ κέντρου μέσον. Ἀναξιμένης δὲ, ὅτι ἡ σελήνη ἐκ τοῦ ἥλιου ἔχει τὸ φῶς καὶ είνα ἐκλείπει τρόπον. Οἱ δὲ λοιποὶ ἔξενρημένοις τούτοις ἐπέταξαν ἔτερα.

"Οτι οἱ ἀπλανεῖς κινοῦνται περὶ τὸν διὰ τῶν πόλων ἄξονα μένοντα, οἱ δὲ πλανώμενοι περὶ τὸν τοῦ ζωδιακοῦ πρὸς δρῦς διντα ἔχοντα αὐτῷ ἀπέχουσιν ἀλλήλων. ὅτι τὸν τῶν ἀπλανῶν καὶ τῶν πλανωμένων ἄξονα πεντεκαιδεκαγώνου πλευρὴν οἱ εἰσι μοῖραι εἰκοσιτέσσαρες.

CIRCA ANNUM DOMINI CCLX

THEOGNOSTUS ALEXANDRINUS

NOTITIA

(GALLAND., *Bibliotheca veterum Patrum*, III, Proleg. pag. xlii.)

I. Cur Theognostī haud meminerint Eusebius et Hieronymus. Ejus tamen meminit cum laude Athanasius.

II. Scholæ Alexandrinæ præfuit post Pierium. De tempore quo claruit, disseritur. Sacrorum librorum interpretem egit. Scripsit Hypotypeon libros vii, jam dudum deperditos. Horum summaria capita ex Photio proposita.

III. Iniqua de Theognosto Photii censura diluitur. Gregorii Nysseni de eodem scriptore locus expensus. Integra Theognostī fides prædicatur. Ejus Hypotypeon fragmenta ex magno Athanasio descripta et exhibita.

I. De Theognosto Alexandrino nihil Eusebius, nihil item Hieronymus. Et Hieronymum quidem

tacentem haud mirari subit: qui videlicet decem ecclesiasticæ Historiæ libros ab Eusebio Pamphili con-